

nis minoris, & procreo. 1872320488. numerus ille diuisus per Sinum totum scilicet. 60000. colligitur in quotiente Sinus. f. 31205. cuius arcus grad. 31. mi. 20. quod primum inuentum appellari libuit. Deinde duco Sinū latitudinis minoris scilicet. 31498. in Sinū totū resultat. 1889880000 siq; illud productum diuisero per Sinum complementi inuenti primi. f. 51249. comperio. 36876. cuius arcus est gradu. 37. mi. 55. quem de latitu. maiori demo, remanet inuentum secundum gra. 11. mi. 29. Posthæc multiplico Sinum complementi primi inuenti, & Sinum complementi secundi inuenti, crescit. 3013338702. quem si diuisero per Sinum totum elicitur numerus. 50222. arcum eiusdem scilicet gradus. 56. mi. 50. de quadrante demo, residuabo numerum prope gra. 33. minu. 10. quem reduco in miliaria, proueniunt miliaria Germana. 497. cum dimidio inter Nurenbergam & Hierusalem, quod inuenire decreueram.

### Ocularis operatio huius exempli.

Hierosolyma	66.0.31.40	
Nurenberga	28.20.49.24	
Differentia longitudinis	37.40	Sinus 36664
Latitudo minor	31.40	Sinus 31498
Complementum eiusdem	58.20	Sinus 51067
Primum inuentum	31.20	
Complementum eiusdem	58.50	Sinus 51249
Latitudo maior	49.24	
Inuentum secundum	11.29	
Complementum eiusdem	78.31	Sinus 58798
Arcus inuentus. f. g.	56.50	de quadrante manent 33. gra. 10. mi.
Miliaria Germana facit	497	$\frac{1}{2}$

Quomodo Globus cosmographicus ad mundi cardines, & ad quamcunq; regionem, prouinciam aut oppidum recte sit aptandus.

### Caput XIII.